Duplicatur Londini B. T. 1.545 Peter Le Neve Norroy

LIBRORUM Manuſcriptorum

In Duabus Inſignibus

BIBLIOTHECIS;

ALTERA

Teniſoniana, Londini;

ALTERA

Dugdaliana, Oxonii;

CATALOGUS.

EDIDIT *E. G.* ibson

Quiſquis Reipublicæ literariæ faves, ſive Lector, ſive Typographus, horum omnium Codicum, ſive interpretandi, ſive conferendi, ſive edendi, ita tibi futura copia eſt, ſi de iis incolumibus reſtituendis caveris. Inſcriptio præmiſſa Catalogo Græcorum Codicum MSS. in Bibliotheca Reipublicæ Auguſtanæ Vindelicæ, edit. à Davide Hœſchelio.

OXONII,

E Theatro Sheldoniano: Veneunt in Officina *T. Bennett*, Bipliopolæ *Londinenſis*, *A. D.* M.DC.XCII.

BIBLIOTHECA BODLEIANA

Reverendo in Christo Patri,

Dno Thomæ Tenisonio,

EPISCOPO

Lincolnienſi

S. P.

UT audeam, Domine Clariſſime, nomini tuo quicquid hoc libelli eſt inſcribere, facit in primis ſingularis humanitas tua, quæ mihi ante biennium Londini agenti in inſtruCtiſſimam βιβλιοθήκλω aditum liberrimum dederit. Ibi magnam mihi movit tuæ liberalitatis admirationem ludus ille literarius, in quo propriis ſumptibus pauperum filios curas erudiendos. Cum vero in animum induxi quo eum præſertim conſilio inſtitueris, ut ſcilicet Papiſmi adverſus Eccleſiam Anglicanam libere tunc graſſantis, quantum in te erat, curſum inhiberes; eo profecto fui erga te animo, quo decuit hominem e Religione Chriſtianum, gratiſſimo quidem atque obſervantiæ pleniſſimo. Cum autem mihi omnia ſupra modum

placerent, operis elegantia, Libri typis impreſſi, quorum magnam copiam undique collegeras; tum vero nihil majori me voluptate affecit, quam Librorum MSS. theſaurus, illa quantivis pretii κειμήλια, *quæ ibi recondita oculis uſurpabam. Ab illo tempore acerbe admodum tuli præclara iſta monumenta orbi literato nondum innotuiſſe. Cumque non dubitarem, horum Codicum Catalogum idcirco hactenus apud te premi, nec publici juris fieri, ne mentione Bibliothecæ injecta tibi laudes dicere viderere; eam ego, te inconſulto, mihi dedi provinciam. In qua adminiſtranda, etſi modeſtiæ tuæ vim me feciſſe cognoſcam, munificentiam tamen tantam diſſimulare, mihi fateor religio eſt. Hoc vero non eo a me factum putes velim, ut inepta neſcio qua laudatione gratiam tuam colligerem; ſed ut ſciat Reſpublica literaria quis de ſe præclare meritus ſit; ut ſciat Eccleſia quis difficillimis temporibus ſibi propugnator acerrimus exſtiterit: ut denique mei erga te ſtudii cauſſas veriſſimas exponerem.*

Oxon.
Kal. Januariis
1692.

AD
LECTOREM.

MIrari equidem ſoleo, Lector benevole, quid in mentem venerit viris quibuſdam eruditis, ut non ſolum Librorum MSS. Catalogos in lucem non emiſerint ipſi, verum & aliis operi iſti accinctis auctores fuerint ut ab incœpto deſiſterent; plane tanquam id fieri non poſſet abſque maximo Reipublicæ literariæ diſpendio. Ego profecto, cum iis plurimum ſemper deferendum putem, in hac re duces & monitores haud gravate ſequerer; niſi quod mihi videar nonnihil in eorum conſilio ſubodorari, viris qui bonarum literarum rationem habent indignum omnino, planeque deteſtandum. Aperte dico. Non tam diſciplinarum videntur quam ſuarum laudum ſtudio teneri. Sollicitos eos hoc in primis habet, ne quis Librorum MSS. facta editione, palmam neſcio quam ipſis præripiat. Huic incommodo optime obviam iri exiſtimant, ſi privatis forulis Libri deliteſcant, ſolis illis cogniti qui norunt tractare literas, ſibi ipſis nimirum. Illud enim in animo ratum, nihil poſſe ac-

curate nisi ipsis auctoribus, in publicum prodire. Doctorum invida hæc arrogantia ludibrium omnino debet æquis rerum æstimatoribus. Illud certe non verebor dicere, bonas literas raro expertas acriores hostes his qui maxime videntur literati. Codices nempe MSS. clam apud se servando factum, ut tot Libri quotidie mutili mendisque referti emittantur. Nec enim nisi vetustorum Manuscriptorum beneficio, antiquis auctoribus pristinam suam puritatem ac nitorem (tot præsertim seculis interpositis) restituere possumus. Cui, obsecro, ad manus non longe commendatior accedit Liber, quem vel ad unius cujuspiam Codicis Manuscripti fidem recognitum videmus? Nec sane immerito: si quidem Libri istiusmodi Manuscripti (modo aliquam vetustatis speciem præ se ferat) Lectiones variantes, ad verum inveniendum majoris fere sunt momenti, quam tota Commentariorum volumina. Frustra enim Auctoris mentem investigarit, qui non vocabula, sententias, atque adeo totum orationis filum ob oculos habeat integrum atque immaculatum. Quod si tandem consequi potest, nullo plerumque negotio Scriptoris sensum deprehendit: cum ea in quibus explicandis sese torquent eruditi, non alia fere sint quam quæ vitiosæ lectionis suspicione laborant. Orandi itaque omnes estis, quorum in manus MSS Codices devenerint, ut eorum notitiam orbi præbeatis, nec commit-

committatis ut ſitu ac pulvere obducti, amplius in tenebris deliteſcant. Laboris veſtri vobis utique fructus conſtabit uberrimus. Hæc enim provincia illud ſibi peculiare vendicat, quòd in omni literarum parte deſudantes demereatur. Alius Annalium antiquorum volumen conſarcinat: ad *Teniſoni* penum, lectiſſimis hiſce MSS Codicibus (quos infinito labore magniſque ſumptibus collegit D. *Jacobus Waræus*, & in hac Bibliotheca repoſuit Nobiliſſimus D. *Henricus* Comes *Clarendoniæ*) locupletatum ſe conferat, qui unus plurima Hiſtoriarum volumina ſuppeditat. Alter res Angliæ deſcribit; Hibernica prelo deſtinat alter: ad eandem ipſam *Teniſoni* Bibliothecam advolent. Quantam ibi vim inventuri ſunt Chartarum, Regeſtorum, Controverſiarum, Epiſtolarum, ad utriuſque regni negotia, tam ſecularia quam Eccleſiaſtica pertinentium! Quanta eos benevolentia complexurus eſt vir ille facillimus atque humaniſſimus! Nec de Muſæo *Aſhmolæano* minus quicquam jure-peritis ſpondemus. In *Dugdalii* libris omnia offendent lectu digniſſima; plurima quæ longi etiam itineris tædia atque incommoda abunde compenſabunt: &, quod maximum eſt, in ejus ſcriptis ſpecimen habituri ſunt luculentum, quanto labore ac induſtria conſtet Legum cognitio exquiſita. *Vale.*

Catalogus

v. Roderick Cassidy —

i.e Roderick Cassidy —

see Waris Irish Writers Book I. p. 25

C. 1. 5. Art.

C. 1. 5. Cert.

Catalogus Librorum MSS. in Bibliotheca TENISONIANA, Londini.

Libri Hiſtorici.

1. *Flores Hiſtoriarum* : in plurimis diverſi ab editis Matthæi Weſtmonaſt. Collecti, ex conjectura neſcio cujus in principio operis, ab aliquo de Canonicis D. Pauli London. & collat. cum MS. Loftuſiano. Explicit Liber ad An. Dom. 1341. cum tamen Matthæi editus deſinit An. 1307. Vide Matthæi Weſtmonaſterienſis Vitam apud Balæum, qui eum aſſerit ſuos Annales continuaſſe ab An. 1307. ad An. 1377. —— *Annales Eliæ de Trikingham*, Monachi Petroburgenſis. Incipit Chron. ad An. 626. Explicit ad An. 1268. Vid. Balæum p. 320. & Voſſium de Hiſtoricis Lat. p. 476. Præfixa eſt Chronico brevis computatio de ſex ætatibus mundi. Princ. *Ab Origine mundi in prima ætate ſeculi, ſecundum Ebraicam veritatem, computantur anni mille ſexcenti quinquaginta ſex*, &c. *Folio.*

2. *Annales Ultonienſes* : ſic dicti, quod præcipue continent res geſtas Ultonienſium. Codex antiquiſſimus, Charactere Hibernico ſcriptus; ſed ſermone partim Hibernico, partim Latino. Incipit ad An. Domini 444. Explicit ad An. 1541. quo obiit Rodericus Caſtidœus Archidiaconus Clochorenſis, qui deſcripſit dictorum Annalium partem poſteriorem. *Fol.* membran.

3. *Annales Tigernaci* (*Erenachi*, ut opinatur Waræus, Clonmacnaiſenſis. Vid Annal. Ulton. ad An. 1088.) mutili in initio. Auctor Hiſtoriam univerſalem attingit uſque ad adventum S. Patricii; inde vero res Hibernicas uſque ad An. 1088. quo obiit, deſcribit. Poſt An 1178. nonnulla deſunt uſque ad An. 1235. Poſt An. 1314. deficit item Chron. fere ad An. 1393. Reliqua ſequuntur uſque ad An. 1404. Liber Charactere & lingua Hibernicis ſcriptus. Annales Tigernaci iſti pergunt ad An. Salutis 1088. quo obiit. Quæ ſequuntur à pag. 20. uſque ad pag. 30. An. 1178. per alium aliquem continuantur. —— Ad pag. 30. incipit fragmentum Annalium

nalium cujuſdam *Conatienſis* ab An. 1238. ad An. 1314. —— Quæ ſequuntur ad pag. 34. continent fragmentum Annalium *Prioratus Inſulæ Sanctorum* (in Shenano fluvio) ab An. 1392. ad An. 1047. Horum partem aliquam ſcripſit *Auguſtinus Magraidin*, illius Cœnobii Canonicus Auguſtinianus, qui obiit An. 1405. Hucuſque membran. Quæ ſequuntur ſunt in Chart. deſcripta. —— Sequuntur ad pag. 40. excerpta ex Annalibus *Pontanenſibus* ab Anno Dom. 1388. uſque ad An. 1501. —— Memorial of *Edward Staples* Bp. of Meathe from pag. 42. to p. 44. —— Several Memoirs of Sr. *Henry Sidney*, Lord Deputy of Ireland, from pag. 44. to p. 49. —— *Gages* Narrative of his Agency in Rome An. 1621, 1622, and 1623. from pag. 49. to pag. 52. —— Biſhop *Bramhal's* Letters to Biſhop Uſher touching Popiſh Emiſſaries in Fanatical dreſs, from p. 52. to p. 53. —— Sr. *William Boſwell's* Letter to Biſhop Laud. p. 53. *Fol.*

4. *Chronica Britannorum* ab initio Dardaniorum ad Henricum VI. Angliæ Regem, Auctore Fratre *Joan. Shyrburne*, (ut conſtat ex MS. exemplari ejuſdem Chronici in Collegio D. Joan. Baptiſtæ Oxon. ad cujus calcem ſunt hæc verba: *Frater Joh. Shyrburne me fecit fieri.*) In initio Libri hæc nota occurrit: *Liber Monaſterii Glaſtonienſis, ex Bibliotheca Gulielmi Camdeni.* 4°. Chart.

2 Laud 738

502 5. *Annales* ab urbe condita uſque ad initium Imperii Antonini Pii; Charactere Hibernico, ſed Lingua Latina. —— Excerpta ex Archivis Regiis in Officio Rememoratoris Regii *f.* 13. —— Miſcellanea de rebus Hibernicis, metrice; Lingua partim Latina partim Hibernica; collecta per *Oengulum O Celede* (forte *Colidium.*) Hic Liber vulgo *Pſalter-Narran* appellatur. *f.* 19. —— Continet (præter alia multa, & verſibus, & ſoluta oratione) Genealogias Sanctorum Hiberniæ. Item Catalogum Regum Hiberniæ ab Hermione uſque ad Brienum filium Cinedi, cognomento Boruma, ſive Boro; qui a Danis Dublinienſibus occiſus eſt Aprilis 22. 1014. ætatis ſuæ Anno 74. Item antiquam Hiberniæ diviſionem, & excerpta quædam ex antiquiſſimo illo Cod. vulgo *Pſalter Caſſel* appellato, quod á Cormaco Cutimani filio Rege & Epiſcopo Caſſelienſi, ſub An. 901. ſcriptum ferunt. Huc uſque in membr. Reliqua in Chart. —— Collecta ex Archivis Regiis in turri Birminghemiana aſſervatis. *f.* 90. —— Proceſſio de Electione Archiep. Dublinienſis per Priorem & Conventum Eccleſiæ S. Trinitatis Dublin. & Decanum & Capitulum Eccleſiæ S. Patricii Dublin. poſt mortem Gul. de Hotham Archiepiſcopi Anno 1298. *f.* 98. —— Exemplaria Chirographorum Epiſcoporum Leghlinenſium de Poſſeſſionibus & Libertatibus Burgenſium Leghlinæ. *f.* 102. *Fol.*

6. *Pompo-*

6. *Pomponius Mela.* 4°. nitido Charactere, in membran.

7. *Giraldus Cambrenſis* de mirabilibus Hiberniæ. 4o. membran. 483

8. *Giraldi Cambrenſis* Topographia Hiberniæ; Libri prioris exemplar. Caret in initio omnibus uſque ad Cap. 16. —— Exempla primæ & ſecundæ partis de Libris Sacramentorum Hugonis de S. Victore. *f.* 26. —— *Calendarium* Hoſpitalis *Aberdonenſis* in Scotia, cui inſeruntur notæ quædam Hiſtoricæ. *f.* 44. —— Confirmatio Edwardi primi de Electione Gulielmi filii Johannis in Epiſcop. *Oſſorienſem*, data 24. Oct. Anno Dom. 1302. regni nempe ſui 30. *f.* 49. —— *Elegiæ Hibernicæ* in obitus quorundam virorum Nobilium. *f.* 50. —— Notæ quædam Philoſophicæ, partim Latine partim Hibernice, characteribus Hibernicis. *f.* 69. Hæc in membran. reliqua in Chart. —— Miſcellanea quædam de Hibernicis, partim Latine partim Hiſpanice. *f.* 79. —— De Officio *Admiralitatis Angliæ*, (Impreſſ.) *f.* 86. —— The Acts of the *nine Worthies* in old Engliſh Verſe. *f.* 97. —— *Inſcriptiones* aliquot veteres in Eccleſiis quibuſdam Hiberniæ. *f.* 105. 4°.

9. *Regiſtrum* Chartarum Monaſterii B. Mariæ Virginis juxta Dublin 4°. membran. Exarat. fere tempore Edw. II. Exſtat in fine *Catalogus Abbatum* Cœnobii B. Mariæ Virginis juxta Dublin. 495

10. *Chartularium* Eccleſiæ B. Mariæ Virginis juxta Dublin. *Folio* grandi. membran. Hujus pars prior ſcripta fuit ſub Henr. VII. dum Joannes Orum eſſet Abbas; poſterior, temporibus Richardi Beg & Joannis Burges, Abbatum, regnante Henr. VIII. Præfigitur *Chronicon* breve ab Edwardo Confeſſore ad Henricum ſeptimum.

11. *Chartularium* Eccleſiæ S. Thomæ juxta Dublin. 4°. membran. ſcriptum plerumque ſub Edw. I. 500

12. *Regeſtum Chartarum* Cœnobii S. Thomæ Martyris juxta Dublin. cum notis Marginalibus Johannis Alani, Archiepiſcopi Dublin. Sub. Hen. VIII. ſcriptus eſt Liber, Anno Dom. 1526. per Gulielmum Coppinger Corcagienſem. —— In calce Libri eſt *Catalogus Abbatum* Cœnobii Sancti Thomæ Martyris juxta Dublin. Quarto majore. membran. 499

13. *Regeſtum Chartarum* Hoſpitalis S. Johannis Bapt. extra Novam portam Civitatis Dublin. Script. ſub Edw. III. Præfigitur *Catalogus Priorum* 498

ejuſdem Hoſpitalis, partim ex hoc Regeſto, partim ex Archivis Regiis collectus. —— Accedunt in fine Notæ quædam ex hoc Regeſto excerptæ. Quarto majori. membran.

50/ 14. *Regeſtum Chartarum* Hoſpitalis S. Johannis Jeruſalem in Hibernia ab Anno 1325. ad An. 1350. temporibus ſcil. Rogeri Outlaw, Johannis Mareſchalli, Johannis le Archer, Johannis filii Richardi, Priorum dicti Hoſpitalis. Quarto majori. membran.

15. *Anonymi* Hiberni Tractatus de variis apud Hibernos veteres occultis ſcribendi Formulis ſeu Artificiis, Hibernice *Ogum* dictis. —— Pars Chronici *Martini Poloni*, ab Anno 989. ad An. 1212. *fol.* 6. —— Fragmentum *Regeſti* Cœnobii de Oſney, juxta Oxoniam. *f.* 14. —— Fragmentum *Annalium* rerum Hibernicarum, Anglice, ab An. 1127. ad An. 1183. —— Reaſons that *Jo. Duns* Scotus was not an Iriſh, but Scotchman. *f.* 16. —— Fragmentum *Chronici*, Anglice. *f.* 18. —— *Abbates* Cœnobii B. Mariæ, juxta Dublin. *f.* 19, 20. —— *Bulla* Clementis V. de erectione Univerſitatis Dublin. *f.* 21. *a.* —— *Ordinatio* Alexandri Archiepiſcopi Dublin. pro Univerſitate eadem. *f.* 21. *b.* —— Forma ſuſcipiendi Ord. *Garterii*. *f.* 23. —— *Bulla* Cœleſtini III. Pontificis conceſſa Abbatiſſæ B. Mariæ de Clonard. *f.* 25. —— Charta Regis *Johannis* confirmans Teſtamentum Willielmi Mareſchalli Comitis Pembroch. *f.* 2[illegible]. —— Series *Regum* Angliæ poſt Conqueſtum, *f.* 28. —— Collectanea ex MS. Libro vetuſto *D. Flannani Mac Ægain*. *f.* 29. —— Excerpta ex vita S. *Tuthei* Confeſſoris, &c. IV. Cal. Jan. *f.* 30. —— *Monumenta* Sepulchralia in Hibernia. *f.* 31. —— Excerpta ex Vita SS. *Derlani* & *Patricii*. *f.* 33. —— De Contentionibus inter Archiepp. Armachanos & Dublinenſes. *f.* 34. —— Collectanea ex Archivis turris London. *f.* 39. —— Omiſſa & Errata in Annalibus Hiberniæ à *Camdeno* editis. *f.* 42. —— Collectanea ex Annalibus Ulton. *f.* 42. *b.* —— Ex Albo Libro *Scaccharii* Dublin. *f.* 43. —— *Prophetiæ* antiquæ. *f.* 45. —— Collectanea è Chronico *Johannis Glaſtonienſis* Monachi, in Bibl. Bodl. Oxon. *f.* 47. —— Ex Regeſto Monaſterii de *Bermundſey*, penes Simonem Dews, Equitem. *f.* 49. —— Ex vita *Giraldi Cambrenſis*. *f.* 50. —— Ex Annalibus *Cambriæ*. *f.* 52. *b.* —— Ex Libro Cœnobii Ordinis Prædicatorum *Limerici*. *f.* 54. —— Ex Libro *Hen. Sidnæi* Equitis. *f.* 55. —— Diſpoſitio Eccleſiarum Hiberniæ apud Centium Camerarium. *f.* 56. —— Literæ *Nellani O Neale* ad Regem Richardum II. cum aliis Miſcellaneis. *f.* 60. —— *Bull.e* tres Alexandri III. ex parvo Libro Nigro Scaccarii Angliæ, &c. *f.* 66. —— Ex Regeſto

Regeſto Monaſterii *S. Albani* in Bibl. Cotton. *Nero.* 7. Tiber. c. 5. Tiber. B. U. 18. *f.* 69. —— Ex *Placitis* in Parliamento Angliæ, An. 23. Edw. I. de Johanne filio Thomæ, & Willelmo de Vezy. *f.* 70. —— Annales Hiberniæ ab Adventu Anglorum uſque ad finem regni Henrici II. Anglice, per Thomam *Waræum*, Equitem. *f.* 78. —— Excerpta ex Chronico *Matthæi Pariſienſis*, quod *Agrum Sterilem* vocavit, manu ſua conſcripto in Bibl. Cotton. Claudius. D. VI. 2. *f.* 97. —— *Faithfull Comine's* Examination. *f.* 98. *Folio.*

16. *Regeſtum* Archiepiſcopi Eboracenſis. Scriptum eſt tempore Gulielmi de Greenfield Archiepiſcopi, An. Dom. 1309. *Fol.* membran.

17. Hiſtoria de *Godſtowe* prope Oxon. è Latino in Anglicum Idioma translatum ad uſum Aliciæ Henley Abbatiſſæ, & Conventus dictæ domus, ſub tempore Edw. IV. Poſt Prologum conſpicitur Hiſtoriola Fundationis domus Monialium B. Mariæ & S. Johannis Baptiſtæ de *Godſtow*, per Edivam (al. Idam) viduam opulentam, regnante Henrico primo. *Fol.* membran. Præfiguntur *Rythmi* Anglici de Sanctis, per ſingulos menſes.

18. Pars vetuſti *Martyrologii* Romani incipientis die 29. Aug. mutil. in initio. —— *Miſſale* ſeu Officium ad Uſum Cantariæ in Eccleſia Cathedrali Cantuariæ, ex dono W^mi Warhami, Archiep. Cantuar. iſtius Cantariæ Fundatoris. *f.* 45. mutil. in intio & fine. —— *Regeſtum Brevium*, una cum tranſcriptis Chartarum quarundam. *f.* 107. *Folio.*

19. Collectanea ex *Libro nigro* S. Trinitatis Dublin. (Scil.) 1° Monachi cujuſdam Narratio de *Purgatorio*. *f.* 1. —— 2°. *Chronicula* brevis. *f.* 3. —— 3°. De Fundatione Eccleſiæ Cathedralis S. Trin. Dublin. *f.* 4. —— 4°. Nomina Epiſcoporum & Archiepiſcorum Eccleſiæ Dublin. *f.* 5. —— 5°. Excerpta ex *Chronico* in Eccleſia Divi Pauli London. *f.* 5. *b.* —— 6°. *Chronicon* Angliæ ab Anno Domini 1066. ad An. 1292. *f.* 6. —— 7°. De ingreſſu *Normannorum* in Angliam. *f.* 11. —— 8°. De Provinciis Angliæ. *f.* 13. —— 9°. *Chronicon* breve à Chriſto nato ad An. 1168. *f.* 14. —— 10. Notæ de Archiepiſcopis & Epiſcopis Dublin. *f.* 16. *b.* —— 11°. *Chronicon* ex Legiario Monaſterii de Portu S. Mariæ de *Dunbrothy* in Hibernia, de Regibus & Mareſchallis Anglorum, ab An. Dom. 1116. ad An. 1274. *f.* 20. —— 12. Nomina Archiepiſcoporum & Epiſcoporum Dublin. ex *albo Libro* Eccleſiæ Trin. Dublin. *f.* 23. —— 13. Alia quædam eoſdem ſpectantia. *f.* 26. —— 14. Excerpta ex *albo Libro* Scaccarii Hiberniæ. *f.* 30. —— 15. Annales Cœnobii *Montis Fernandi* ab Ann. Dom. 496

45. ad An. 1274. *f.* 32. —— 16. Chronicon Johannis *Clinni.* *f.* 44. à Chriſto nato ad an. 1405. —— 17. Nomina Regum Anglorum. *f.* 71. ——18. Epiſcopi Hiberniæ. *f.* 80. ——19. Quædam Angliam ſpectantia. *f.* 82. —— 20. Epiſcopi Hiberniæ. *f.* 83. *b.* ——. 21. Diviſio Comitatus *Oſſorenſis* inter tres filios D. Gilberti de Clare. *f.* 84. *b. Folio.*

20. Two Letters aud a Diſcourſe between Sr. *James Crofts*, Lord Deputy, and *George Dowdel* Arch-Biſhop of Armagh. *f.* 35. —— Lord *Cecyl's* Letters, containing the Orders of the Council of Cardinals and others at Rome about bringing Popery into England. An. 1564. *f.* 39. —— Regeſtum Monaſterii Fratrum Prædicatorum de *Athenry*. *f.* 43. Continet Catalogum Benefactorum ab An. Dom. 1241. quo fundata eſt domus ea à *Milero de Birmingham* loci Domino, uſque ad An. 1526. —— Conſecration of St. *Patrick's Church* at Dublin. An. 1190. *f.* 54. *b.* —— The Plott of the Church of *Clonemacnois*. *f.* 55. —— A Liſt of ſeveral of the Nobility in Ireland. *f.* 56. *b.* —— *Annales* ab Anno 1200. ad An. 1300. ex Hibernico Idiomate in Latinum converſi. *f.* 57. —— A Liſt of ſome of the Ancient Biſhops of Ireland. *f.* 83. —— Charta Fundationis Domus Fratrum tertii Ordinis S. Franciſci de *Slaine*. *f.* 85. —— *Annales* Lingua Hibernica ab Anno Dom. 457. ad Ann. 1573. promiſcue poſiti. *f.* 87. —— Deſcriptio Itineris Capitanei *Joſiæ Bodley* in Lecaeiam apud Ultonienſes An. 1602. *f.* 187. —— A Liſt of the Honours and Knighthoods conferr'd by the Lord Deputy's or Juſtices of Ireland, from An. 1599. to An. 1639. *f.* 202. *b.* —— An account of ſome of the Officers and remarkable Actions of the City and Citizens of Dublin. *f.* 219. —— Letters from K. James and Council of England to the Lord Deputy and Juſtices of Ireland; from the beginning of his Reign to the year of our Lord 1608. *f.* 225. —— An Abſtract of ſeveral *Records* touching Ireland, and the Copies at large of the Creations of divers Noblemen of that Kingdom, remaining in the Tower of London. *f.* 349. —— A Patent to *John Fitz-Thomas* for the Title of Earl of Kildare. *f.* 452. *b.* ——A Patent for *Edmund Le Botiller* for the Title of Earl of Carrig. *f.* 455. —— A Patent to *John de Bremingam* for the Title of Earl of Locoth. *f.* 456. *b.* —— A Patent to *James Le Botiller* for the Title of Earl of Ormond. *f.* 459.——A Patent to *Maurice Fitz-Thomas* for Earl of Deſmont. *f.* 461. —— To *Robert de Vere* for Marqueſs of Dublin. *f.* 466. —— To *Robert de Vere* for Duke of Ireland. *f.* 470. —— To *Robert Banwel* for Baron of Trimbleſton. *f.* 475. —— To *Robert Preſton* for Viſcount of Gormanſtau. *f.* 477. —— To *Robert Bold* for Baron of Ratouth. *f.* 478. —— To *Robert Euſtace* for Baron of Portleſtan.

leſtan. *f.* 476. —— Certain *Extracts* from the Rolls. *f.* 480. *b.* ——From the Common-Pleas. *f.* 489. —— Ex Libro Actorum *Johannis Swayne* Archiep. Armachani, qui ſedere cœpit An. 1417. & reſignavit 1439. *f.* 491. —— Brief occurrences touching Ireland, from May 25. 1661. to October 29. 1666. *f.* 497. *Folio.* Chart.

21. *Finleachi O Catalai* Gigantomachia, (vel potius Acta *Finni Mac Cowle* cum prælio de Fintra) Hibernice. —— Colloquia quædam de rebus Hibernicis, in quibus colloquentes introducuntur, S. *Patricius*, *Coiltius*, & *Oſſenus*. Hibernice. *f.* 12. —— Leges Eccleſiaſticæ. Hibernice. *f.* 53. Hæc in membran. Reliqua in Chart. —— Miſcellanea quædam de rebus Hibernicis, in quibus 1. Occurrunt ea quæ pararat ad prelum D. *Thomas Waræus*. *f.* 68. 2. Excerpta ex *Chronico Ceſtrenſi* in Bibl. Cotton. *f.* 73. 3. Catalogus *Sanctorum* quorum Vitas paratas ad prelum habuit prædictus Waræus. *f.* 74. 4. A Map of *Kilmore*. *f.* 75. Excerpta ex Variis Chronicis. *f.* 76. Ex Chronico *Henrici Marlebergenſis*, Vicarii de Bally-Scadden in Diœceſi Dublinienſi, de rebus Hibernicis agente uſque ad An. 1372. Notandum, quod ab hoc tempore *Camdenus* ad calcem *Britanniæ* ſuæ, Annales poſteriorum temporum in lucem emiſit, nempe ad An. 1421. *Folio.* 487

22. A *Britiſh Chronicle* in old Engliſh from Brutus to the year 1417. Poſt Prologum, mutilum eſt hoc Chronicon. Accedit Vita S. *Juſtinæ* Martyris, quæ ſub Diocletiano Imperatore Martyrium paſſa eſt. 4°. majori.

23. A *Chronicle* of England from Brute to K. Henry the V. in old Engliſh. 8°. Idem hoc Chronicon cum proxime præcedente. Hoc autem caret initio Prologi, & ad finem duabus aut tribus paginis. 8°. majori.

24. *Piers's* Travels writ by himſelf. *Fol.*

25. Vitæ Sanctorum Hibernicorum per *Magnum* ſive *Manum* (filium Hugonis) *O Donnell*, Hibernice deſcripto. An. 1532. *Fol.* membr.

26. Annales Cœnobii *Innisfallenſis*, in agro Kerriano; in quibus Auctor leviter attingit hiſtoriam Univerſalem ab orbe condito uſque ad An. 430. vel circiter. Inde vero res Hibernicas uſque ad An. 1215. quo vixit, ſatis accurate deſcribit. Hos Annales continuarunt alii uſque ad An. 1320. 4to. membr. 503

27. Collectanea ex Variis Auctoribus de rebus Hibernicis. *Folio.*

28. Oratio

28. Oratio Sancti *Brendani*, ex Bibl. Regia S. Jacobi. —— Caradoci Lancarvenſis *Vita Gildæ*, ex Bibl. Regia. *f.* 9. —— *Canones* Synodi Dublin. ex Regeſto Archiepiſcopi Dublin. circa An. 1270. conſcripto, quod appellatur *Crede mihi*. *f.* 29. —— Ex *Regeſto* Chartarum Archiep. Eboracenſis, ſcripto tempore Willelmi de Greenfield, Archiep. qui obiit An. 1315. *f.* 37. —— Sr. *Robert Cotton's* Collection of Records. *f.* 43. —— Copies of Letters in the Government of Sr. *John Parrot*, Lord Deputy of Ireland beginning July 1584. *f.* 135. *Folio.*

29. Rerum Hibernicarum Annales, Lat. ab anno Salutis 428. ad Anglorum in Hiberniam ingreſſum ſub Henrico II. per *Jacobum Waræum*. ——Secunda pars à primo Anglorum in Hiberniam ingreſſu uſque ad finem Regni Henrici III. ab An. 1169. ad An. 1272. *Folio.*

30. Vitæ *Sanctorum* Angliæ. mutil. in fine. —— Præfigitur Catalogus *Sanctorum*, quorum Vitæ in hoc Cod. deſcribuntur. *Folio.*

31. Annales Angliæ à Bruto ad An. 1563. per *Jo. Stowe*. —— Ordo Profectionis Epiſc. ad Conſecrationem. *f.* 138. Scil. De oleo Sancto. *f.* 140. *a.* De oleo infirmorum 139. *b.* De Conſecratione Chriſmatis 141. *a.* De Salutatione & Oſculo Chriſmatis. *f.* 141. Forma Inthronizationis *Johannis* Archiep. Eboracenſ. *f.* 143. *b.* —— Sermo habitus An. 1528. ex Themate, *Ecce nunc tempus acceptabile*. 2 Cor. 6. ---8.

32. Old Engliſh Poetry. *Folio.* —— Accedit in fine *Chronicon* quoddam breve.

33. Inſtructions for the Governour and Council of *Conaught*. —— *Nicholas Malbey's* Letter of his Management of Iriſh Affairs. *f.* 23. —— Q. *Elizabeth's* Inſtructions given to Sr. Nicholas Malbey, to be communicated to the Lord Deputy of Ireland. *f.* 27. —— Inſtructions for Sr. *Henry Wallop* to the Commiſſioners concerning Rebel's Lands. *f.* 31. —— Q. *Elizabeth's* Inſtructions to Jeffrey Fenton for the Lord Deputy of Ireland. An. 1585. *f.* 33. —— Q. *Elizabeth's* Inſtructions to the ſaid Jeffrey Fenton for the Lord Deputy of Ireland. *f.* 36. —— The Contents of her Majeſties Letters Patents of June the 27th. Anno Regni 28. to the Lord Deputy and Council of Ireland. *f.* 37. —— A project for the peopling of *Munſter*. *f.* 40. —— The Queen's Inſtructions to Sr. Jeffrey Fenton for the Lord Deputy and Council of Ireland, Jul. 28. 1592. *f.* 45. ——Articles containing ſundry things to be anſwer'd by the Lord Deputy and Council of Ireland for Cauſes Eccleſiaſtical, to her Majeſty. *f.* 49.

f. 49. —— Errors and Defaults apparently committed in Ireland of late time March the 2. 1595. *f.* 33. with Sundry other things relating to the State of Ireland. *Folio.*

34. Collections —— The Genealogies of Several of the Nobility of Ireland. —— Alia quædam de Scriptoribus Hiberniæ ex Regiſtris Hiberniæ. *4to.*

35. Pars Annalium Cœnobii S. Trinitatis de *Loughkea*, incipiens ab Anno Dom. 1249. & deſinens An. 1381. ex Hibernico Idiomate in Anglicum verſa. —— Catalogus Regum Hiberniæ a Slaino primo eorum Rege ad Laogarium, qui regnabat in adventu S. Patricii. *f.* 94. —— Præfatio *Willelmi* in Abbreviatione Amelarii. *f.* 98. —— Anonymi Præfatio in Epitomen *Giraldi Cambrenſis* de Topographia & debellatione Hiberniæ. *f.* 98. *b.* —— Ex Collectaneis *Dicuil* de Menſura orbis Terræ. *f.* 100. —— Antiquitates Monaſterii *Glaſtonienſis*. *f.* 104. —— Conjunctio *Martis* & *Veneris* (i. e. Arthuri Principis & Catharinæ uxoris) per *Richardum Maring*. *f.* 116. —— Annales Dublinienſes. —— Leges Sancti *Edwardi* Regis per Willelmum Conqueſtorem confirmatæ. *f.* 143. —— *4to.*

36. Rentale Monaſterii de *Conga* in Comitatu Maio. —— Excerpta ex Annalibus *Loughkaenſibus*. *f.* 30. —— Ex Annalibus Prioratus *Inſulæ Omnium Sanctorum* in *Loughræ*, in occiduo limite Comitatus Longfordiæ. *f.* 6. —— Fragmenta quædam ex Chronico Hiberniæ in Bibl. Cotton. ſub effigie Veſpaſiani B. 11. ad finem. *f.* 10. —— Ex Chronico Monaſterii de *Hagneby* in Com. Lincoln. *f.* 13. *b.* —— Catalogus Epiſcoporum Clochorenſium. *f.* 15. —— Pars Regiſtri Archiepiſcopi Dublin. vocat. *Crede mihi*. 20. —— Charta fundationis Hoſpitalis S. Joan. Evang. *Kilkenny*. *f.* 26. —— Annales Monaſterii B. Mariæ Virginis Dublin. *f.* 28. —— Ex quodam rotulo Epiſcopi *Leichlin*. *f.* 33. —— Catalogus Præſulum Hibern. ex Annalibus Ultonienſibus collectus, ab Anno 1152. *f.* 35. —— Carta Fundationis Monaſterii B. Mariæ de *Wetheny* (alias *Wony*) in Com. Limeric. *f.* 39. —— Collecta ex Archivis Cancellariæ &c. *f.* 41. —— Ex Regiſtro Monaſterii de *Donbrothy* (alias de *Portu*) S. Mariæ in Com. Wexford. *f.* 63. —— Rentale Redituum Epiſcopatus *Clonfertenſis*. *f.* 64. —— Ex *rubro Libro* Scaccarii. *f.* 67. —— Ex *nigro Libro* Epiſcopatus Limricenſis. *f.* 69. —— Ex Regiſtro Eccleſiarum *Clonenſis* & *Corragenſis*. *f.* 75. —— Ex Regiſtro Prioratus Omnium Sanctorum juxta Dublin. *f.* 77. —— Ex Chartulario Prioratus de *Triſternah*. *f.* 79. —— Ex Cod. MS. Monaſterii de *Ballintobber*. *f.* 82. —— Ex Regiſtro Octaviani de Palatio, & Johannis Kyte, Archiepiſcoporum Armachanorum. *f.* 86. —— Annales

Inisfallenſes. f. 85. —— Ex *nigro. Cod.* Archiep. Dublin. *f.* 91. —— Ex Regiſtro Monaſterii Sancti Colmanelli de *Mucmore* in agro Antrimenſi. *f.* 92. Ex Rotulis Cancellariæ Hiberniæ. *f.* 93. —— Ex Annalibus Prioratus Omnium Sanctorum in Com. Longford. *f.* 97. *a.* —— Nomina Abbatum, Priorum, & Prioriſſarum Hibern. cum Monaſteria diſſolverentur. *f.* 97. *b.* Catalogus *gubernatorum* Hiberniæ. *f.* 98. —— Nomina Archiepiſcoporum & Epiſcoporum *Fernenſium* à prima ejuſdem Eccleſiæ Fundatione. *f.* 101. —— Archiep. Armachani poſt adventum Anglorum. *f.* 102. —— Charta Fundationis Prioratus *Cœnobii S. Wulſtani* in Com. Kildariæ. *f.* 104. —— Annales *Nenaghtenſes. f.* 105. *b.* —— Barones & Milites Domini *Richardi de Burdo* in Conatia. *f.* 106. *b.* —— *Genealogica* quædam Hiberniam ſpectantia. *f.* 107. —— *Ninnii* Chronicon Britanniæ. *f.* 109. *b.* —— Ex *Libro rubro* Scaccarii. *f.* 130. —— Ex Regiſtro Monaſterii de *Thomas-Court. f.* 134. —— Ex *Boſtoni Burienſis* Libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis. 118. —— *Gervaſii Tilburienſis* de Neceſſariis Scaccarii obſervantiis. *f.* 1. —— Nomina præcipuorum Anglorum in Hibernia, quorum mentio in Archivis Turris Birminghamianæ. *f.* 56. —— Excepta ex Rotulis Patentibus Hiberniæ. *f.* 72. —— Procurationes Epiſcopi *Dueſſenſis* & reditus ejuſdem. Anno 1500. —— Excerpta ex tertio Tomo Annalium Minorum per *Lucam Wadingum. f.* 93. —— Annales *Anonymi* ab Anno 1136. ad An. 1154. —— De Antiquitate Hiberniæ. *f.* 100. —— *Carta* Hen. II. facta Roberto filio Stephani, & Miloni de Cogan, de regno de Cork. *f.* 105. —— Ex vetuſto Martyrologio Collegii de *Kylling. f.* 106. —— Inquiſitio de Terris Temporalibus & Spiritualibus in Comitatu de *Cavan* Anno 109. *f.* 108. —— Hiberniæ Veteris *Tabula* Geographica. *f.* 111. —— Catalogus Sanctorum Hiberniæ. *f.* 112. —— Excerpta ex *Giraldo* Cambrenſi. *f.* 113. —— Ex Annalibus *Clonmoiſenſibus. f.* 115. —— Extracta Cancellariæ Hiberniæ. *f.* 116. —— Ex *Leonis Alatii* de Viris Illuſtribus Tractatu, qui ab Anno 1630. per totum 1632. Romæ adfuerunt, ac Typis aliquid commiſerunt. *f.* 117. —— Collecta quædam de rebus Hibernicis ex Bibl. Cotton. *f.* 119. —— De rebus Anglicis collectanea per *Johannem Jocelinum. f.* 121. —— Scilicet; Excerpta ex Hiſtoria Monachi cujuſdam S. Auguſtini Cantuar. —— Ex *Thoma Sprot* — *Willelmo Thorn* — *Aſſerio* — *Hiſtoria Roſſenſi* — Annalibus Hibern. —— *Gervaſii* Chronico —— Ex Hiſtoria Glaſtonienſis Monaſterii. —— Ex Regiſtro Monaſterii B. Mariæ juxta Dublin. —— Ex Regiſtro *Offorienſi.* —— Ex Monaſterio Eccleſiæ S. Trin. Dublin. —— Ex alio Regiſtro Monaſt. B. Mariæ Dublin. —— The Plott of the Cathedral Church of *Clonemacnoys. f.* 144. —— Ex Cronico Auberti Myrei. *f.* 144. *b.* —— Computus de redditibus quorundam Epiſcopatuum in manu

Domini

Domini Regis existentium Anno 10. Edw. I. Scil. *Kildare*, *Clongary*, *Kill*, *Corck*, *Lismore*, *Kylmelass*, *Mothyl*, &c. *f.* 146. —— Catalogus Priorum & Decanorum Ecclesiæ S. Trin. Dublin. *f.* 186. —— Registrum Spiritualitatum Episcopatus *Lismorensis*. *f.* 189. *Folio.*

37. *Ranulphi Hygden* Polychronicon, Anglice versum per Johannem Trevisa. (Liber impress.) 4.

38. De rebus Hibernicis, Annis 1640 & 1641. Item, alia quædam spectantia Collegium Trin. Dublin. *Folio.*

39. Hymnus Sanctæ *Modwennæ* (al. *Moninnæ*) Virginis —— Vita ejusdem scripta à *Concubrano*, seculi 12^mi^ scriptore. *f.* 3. —— Excerpta ex Archivis Turris London. *f.* 33. —— Ex vitis Sanctorum Hiberniæ. 45. —— *Calendarium* Hibernice descriptum, cum adjuncto Commentariolo, partim Latine partim Hibernice *f.* 79. Expositio quorundam Vocabulorum Hibernicorum in Calend. prædicto. *f.* 84. —— Vita S. *Davidis* Episcopi. 84. *b.* —— Excerpta ex MS. quodam Hibernico ad finem hujus Libri. —— Item ex Registro Archiepiscopi Dublin. dicto *Crede mihi*. —— Item Nomina Archiepiscoporum & Episcoporum *Fernensium*. —— Item Synodus celebrata per Episcopum Fernensem in S. Petri de *Silsten Weys* An. Dom. 1240. Crastino Nativitatis B. Mariæ Virginis. —— Item Catalogus Nobilium Virorum Hiberniæ jam extinctorum. —— Item Collectanea *Thaddæi Doulingi*. *Folio.*

40. *Acta Parliamenti* Summoniti apud Castrum de Dublin. Annis 1614, & 1615. Anglice. *Folio.*

41. Vitæ *Sanctorum* Hiberniæ. Lat. 4to. 495

42. Excerpta è Regesto Archiepiscopi Dublin. dicto *Crede mihi*. —— Ex Necrologio Ecclesiæ S. Trin. Dublin. *f.* 6. —— Ex Archivis Scaccarii in Officio Clerici Pipæ *f.* 10. —— Ex Archivis Regis in turri Birmingamiana infra Castrum Dublin *f.* 18. —— Ex Regesto Monasterii B. Mariæ juxta Dublin. scripto tempore Hen. VIII. *f.* 25. —— Epistola *Joannis Regis* ad Joannem Comineum circa Castrum Dublin *f.* 34. *b.* —— Quædam ex Annalibus *Ultonienſibus ibid.* —— Examinatio *Thomæ Heath* apud Rochester An. 1568. *f.* 36. —— Ex Libro Fr. Minorum *Kilkenniæ*. *f.* 45. —— Extract. finium ab Anno 4. Edw. IV. usque ad An. 7. ejusdem. *f.* 47. —— Insignia quædam Gentilitia Hiberniæ. *f.* 48. —— Inquisitio capta per Meiler Fitz-Henry, Justitiarium

um Hiberniæ, ſuper Terris ad Eccleſiam *Limeric.* ſpectantibus. *f.* 49. ——— Ex Regiſtro Monaſterii de Portu S. Mariæ de *Dunbrothy* in Hibernia. *f.* 50. ——— Ex *albo Libro* Curiæ Scaccarii. *f.* 52. ——— Ex *nigro Libro* Eccleſiæ S. Trin. Dublin. *f.* 53. ——— De Fundatione ejuſdem Eccleſiæ ex eodem Cod. *f.* 56. ——— Nomina Epiſcoporum & Archiepiſcoporum Dublinienſium. *f.* 57. *b.* ——— *Chronica* in Eccleſia S. Pauli London. Scripta Anno 1294. ——— Decerptâ ex *Libro nigro* S. Trinit. Dublin. *f.* 58. ——— Chronica Angliæ ab Anno Dom. 1066. ad Ann. 1292. ex eodem Libro. *f.* 58. *b.* ——— De adventu *Normannorum* in Angliam, ex eodem. *f.* 16. ——— De Provinciis Angliæ. *f.* 17. *b.* ——Annectitur *Chronicon* a Chriſto nato ad An. 1168. *f.* 18. *b.* ——— Fragmenta quædam Hiſtorica ex dicto *nigro Codice*. *f.* 21. ——— Nomina Archiepiſcoporum & Epiſcoporum Dublin. *f.* 23. *b.* ——— Annales *Johannis Clinni*, Minoritæ Kilkennienſis; ex Libro Fratrum Minorum de Kilkenny. *Fol.* 288. *f.* 26. ——*Chronicon* a Chriſto nato ad An. 1349. *f.* 26. *b.* ———Continuatur hoc Chronicon ab alio quodam (auctorem enim prædicti Chronici Ann. 1349. peſte objiſſe veriſimile eſt, qua univerſa Hibernia, & ſpeciatim urbs Kilkennienſis, tunc miſere fuit afflicta) ad An. 1405. *f.* 49. *b.* ——— *Joannis Clinni* de Regibus Anglorum, &c. Liber. 49. *b.* ——— Ex *Repertorio Viridi* quod Joannes, VII. Archiepiſcopus de Dublin. Anno Conſecrationis ſuæ tertio edidit; ſcilicet, Nomina Eccleſiarum Decanatus de Dublin. *f.* 53. & alia quædam Archiepiſcopatum de Dublin. ſpectantia. *f.* 53. ——— Ex Regiſtro Monaſterii *Furneſii* in Curia Ducatus Lancaſtrenſis. *f.* 54 ——— Hiſtorica quædam. *f.* 55. ——— *Chronicon* Hibernica quædam complectens ab An. 1285. ad An. 1515. *f.* 56. ——— Fragmenta ex Regeſto *Cloghorenſi*. *f.* 57. ———Charta Fundationis Prioratus de *Jeſtnock* in Comitatu Kilkenny. *f.* 56. *b.* ——— Ex Chartis & Evidentiis Eccleſiæ S. *Patricii* Dublin. *f.* 66. ——— Hiſtorica quædam ab An. 1138. ad An. 1408. *f.* 67. ——— Ex Annalibus Ultonienſibus. *f.* 69. ——— Nomina Epiſcoporum *Midenſium*, poſt Conqueſtum Hiberniæ. *f.* 72. ——— Hiſtorica de rebus Hibern. ab An. 1316. ad An. 1564. *f.* 74. ——— Ex Regiſtro dicto *Crede mihi*. *f.* 75. ——— Epiſtola *Urbani* Papæ ad Joannem Archiepiſcopum Dublin. *f.* 78. ——— Hymnus in Laudem S. *Macartini*. *f.* 79. ——— Regiſtrum Statutorum Provinciæ *Caſſilienſis* in Limericenſi Synodo editorum. *f.* 80. ——— Excerpt. ex Officio Rememoratorio. *f.* 82. ——— Genealogia Burck. *f.* 84. ——— Procurationes debitæ Epiſcopo Midenſi. *f.* 84. *b.* Annales domus Fratrum de *Multifernan* (i. e. Montis Fernandi) ab An. Dom. 45. ad An. 1274. In iis nulla deprehenduntur veſtigia ſive auctoris, ſive loci ad quem olim pertinebant. Sed quia ibi crebra fit mentio de

rebus

rebus *Conatienſibus*, & ſpeciatim de antiqua familia *Dexceterorum* (ſive de Exonia) Athlethanæ Dominorum, & Cœnobii Stradenſis Fundatorum; inde orta eſt ſuſpicio, ad Cœnobium fratrum Prædicatorum *Stradæ* prope Athelthan, in Comitatu Maio, pertinuiſſe, & ejus loci Dominicanum aliquem horum Annalium fuiſſe auctorem; fortaſſe (inquit Waræus) *fratrem Stephanum de Exonia, quem natum perhibent An.* 1246. *& inductum* 1263. —— Codex *Howth* dictus: ſeu Chronicon ab An. 432. ad An. 1370. Annales iſti per omnia fere iidem ac Camdeniani; ab Edmundo Campiano *Flatburienſes Annales* dicti ſunt. *f.* 9. —— Nomina Epiſcoporum *Oſſorienſium* ab An. 1202. ad An. 1552. ——Deſcripta ſunt iſta ex Regiſtro albo *Oſſorienſi. f.* 53. —— Sequuntur alia Nomina Epiſcoporum ejuſdem Eccleſiæ ab An. 1553. ad An. 1641. ——Ex Regiſtro S. *Thomæ* Dublin. facto 1526. *f.* 57. *b.* ——Ex Regiſtro dicto *Crede mihi. f.* 58. —— Ex Chartulario S. *Thomæ* juxta Dublin. extract. per *Willelmum Copinger* de Corke, ſuæ nationis Capitaneum, Anno Dom. 1526. *f.* 60. —— *Dedicatio* diverſarum Eccleſiarum Parochialium in Diœceſi Dublin. *f.* 64. *b.* —— Ex Annalibus MS. Cœnobii S. *Mariæ* juxta Dublin. ab An. 683. ad An. 1380. —— Tituli variarum Chartarum; & alia quædam. *f.* 69. —— Ortus & Progreſſus Cœnobiorum Ciſtercienſium Hiberniæ. *ibid.* ——Charta Monaſterii B. Mariæ de *Glas-Carrig. f.* 71. —— Familia de *Deſmont. f.* 72. *b.* —— Chronicon Ordinis Fratrum Prædicatorum ab An. 432. ad An. 1423. ——Annales *Thaddæi Dowling. f.* 75. ——Hiſtorica alia ab Anno Dom. 86. ad An. 1180. *f.* 78. —— Communia placita 25°. Ed. I. *f.* 85. ——Nomina Epiſcoporum *Oſſorienſium. f.* 87. *b.* —— Partitio Terrarum *Theobaldi de Verdon* An. 6°. Edw. II. *f.* 88. —— Libellus de ortu beati *Cudberti*, ex Hiſtoriis Hibernenſium decerptus. *f.* 89. —— Ex *Miræi* Chronico excerpta. *f.* 89. *b.* —— Nomina Epiſcoporum *Ardaghenſium* ab An. 1217. ad An. 1428. *f.* 89. *b.* ——Nomina Epiſcoporum *Waterfordenſium. f.* 90. *b.* ——Excerpta ex Libro Magiſtri *Lovereh. f.* 91. *b.* ——Charta R. Johannis ſpectans Eccleſiam de *Caſſal. f.* 92. —— Collectanea ex Archivis turris London. de rebus Hibernicis, *per Jacobum Waræum. f.* 1. —— Ex Regiſtro *Bullarum* in Cuſtodia Camerariorum Saccarii. Codex MS. in Bibl. Cotton. *f.* 32. —— Ex Rotulo Chartarum Hen. III. undecimo. 35. —— Ex *Geraldi Ketingi* Chronico MS. Hiberniæ. *f.* 36. —— Ex Menologio Ciſtercienſi à *Chryſoſtomo Henriques* Hoſtenſi edit. Antuerp. 1630. *f.* 37. —— Ex Regiſtro Hoſpitalis S. *Johannis* extra novum portum Civitatis Dublin. *f.* 39. ——Ex Annalibus *Inſulæ Omnium Sanctorum. f.* 40. —— Ex Libro Viſitationis *Nicolai Narbon* Hiberni. *f.* 40. *b.* —— Excerpta ex

Rotulis Regiis & Officio Pipæ. *f.* 1. —— Ex Recordis in Turri de Birmingham. *f.* 19. —— Nomina Epiſcoporum *Elphinenſium* per *Jacobum Waræum. f.* 23. —— Series Epiſcoporum *Ardahenſium. f.* 24. —— Chron. Hiberniæ Anglice, ab Anno 1156. ad An. 1504. —— Archiepiſcopi Armachani Epiſtola contra Methenſem, ad Cuſtodem Privati Sigilli Hibern. cum reſponſione. *f.* 53. —— Quædam Eccleſiam Hiberniæ ſpectantia: & præcipue Controverſia inter Epp. Armachanum & Methenſem. *f.* 36. —— Diſputatio inter eoſdem. *f.* 52. *Folio.*

43 Collectanea ex Archivis Regiis in Turri Bermingamiana per *Thomam Chetham*, Scriniorum dictæ Turris Cuſtodem. *Folio.*

44. Excerpta ex Archivis Regiis in eadem Turri. —— *Cecil's* Memoirs of Malachias Malone's Converſion. *f.* 24. —— *Samuel Maſon's* Converſion. *f.* 31. —— Sr. *Henry Sidney's* Memorial concerning John Calvin. *f.* 35. —— A Jeſuit's Letter to the Lord Falkland. *f.* 36. —— The Life of Sr. *John Courcey* tranſlated into Engliſh out of Latin by George Dowdall Biſhop of Armagh, An. Dom. 1551. *f.* 1. —— Annales *Ph. Flatesbury* ab An. 948. ad An. 1174. —— *Calieni* Prophetiæ in Lingua Hibernica. Ejuſdem Libri exemplar eſt in Bibl. Cotton. *f.* 22. *b.* —— Chronicon ex quodam antiquo Rotulo ab An. 1138. ad An. 1274. *f.* 23. —— Extracta ex Rotulis. 24. *b.* —— Fundatio Hoſpitalis S. Johannis Bapt. de *Athberdee* in agro Louthienſi. *f.* 29. —— Annales Conatienſes, (ſive Cœnobii *Buellienſis*) ab An. 1232. ad An. 1253. *f.* 30. —— Ex Legiario B. Mariæ juxta Dublin. *f.* 33. —— Excerpta quædam ex Libro *Uſſerii* de Primordiis &c. *f.* 33. *b.* —— Catalogus Archiepiſcoporum Armachanorum. *f.* 38. *b.* —— Antiquæ Inſcriptionis, in qua *L. Scipionis*, Barbati filii, expreſſum eſt elogium, Explanatio. I. S. S. I. p. 39. *a.* —— Excerpt. ex *Jo. Hagulſtaldenſis* Continuatione Hiſtoriæ Simeonis Dunelmenſis. *f.* 39. *b.* —— Ex Radulph. de Diceto. *f.* 40. —— Ex Annalibus *Thaddæi Dowling* ab An. 1227. ad An. 1600. *f.* 1. —— Excerpta ex nigro Cod. S. Trin. Dublin. *f.* 19. —— Fragmentum ex Cod. quodam de Nominibus, Diviſione, & Terminis Parochialis Eccleſiæ de *Ardfrathe. f.* 21. —— S. *Patricii* ad Cœleſtinum Papam Epiſtola. *f.* 23. —— Ex Regiſtro Procurationum &c. *Elphin.* Eccleſiæ. *f.* 25. —— Ex Catalogo *Hugonis Kukeſtodii* Ciſtercienſis Monachi. *f.* 28. —— Excerpta ex *Matthæo Pariſienſi. f.* 31. —— Nomina Archiepiſcoporum & Epiſcoporum *Fernenſium. f.* 39. —— Ex Regiſtro Conventus de *Godſtowe. f.* 34. —— Ex Annalibus *Innisfalienſibus. f.* 35. —— Dedicatio Eccleſiæ de *Godſtowe. f.* 37. —— Ex Libro *Killenſi*, Lingua Hibernica, *f.* 39.

—— Col-

